UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Militari veste.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Bar. non videtur verum, quoniam id quod hic dicitur, eſt ſpecia-
le in milite, quando agitur vt ſtipendium militis ſequeſtretur, er
go in contrarium eſt ius commune. l. ius ſigulare. ff. de legib. ⁊
contra Barto. hic facit l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ¶ Et adde
quod hic dicitur de milite ſpecialiter habet etiam locum in do-
ctore. l. fori. ⁊ l. aduocati. de aduoc. diuer. iud.
* ¶ Expediri. Vide Fel. in c. qm̄ apoſtolica. §. is aūt. de offi. dele.
b ¶ Per publicum inſtrumentum. Adde iſtum in l. litibus in fi. §.
de agri. ⁊ cenſit.
c ¶ Dant quandoque licentiam militibus ſe abſentandi. Adde
qualiter puniantur dantes poteſtatē abeundi militibus, de qui-
bus hic, ⁊ dic quod dant illis, quorum venia abierunt ſalarium
ex eorum proprio. ita ſentit tex. huius l. ſecundum Roma. qui ad
hoc ſing. eum alleg. in ſuo ſing. lxx. incip. dantis licentiam.
d ¶ Cōgruētem. Adde Feli. in ca. literis. de p̄ſumptio. xv. in gloſ. ij.

LEX XVII.

a **Cum ſepe.** [a] Milites deputati ad cuſtodiam
alicuius perſone, vel loco, annonam
de publico non percipient, ſed a conſtituta perſona ſa-
larium habebunt de publico. ¶ Item milites non debent ad cu-
ſtodiam alicuius deputari ſine licentia Principis in ſcriptis
obtenta, contra facientes pena hic inſerta puniuntur. hoc dicit.
1 ¶ † No. ex prin. quod ſi milites ciuitatis Peruſij deſtinātur ad
cuſtodiam ciuitatis Caſtelli, quod ſtipendium debent habere a ci
uitate Peruſij, non a ciuitate Caſtelli, ſed ab alia ciuitate reci-
2 pient annonam pro ipſis, ⁊ pro equis. ¶ † Ulti. no. quod mili-
tes ciuitatis Peruſij non poſſunt in conſulto communi ire ad cu
ſtodiam alicuius caſtri ciuitatis Peruſij, ſine licentia communis
in ſcriptis data. ⁊ ideo ſint cauti, vt ſemper licentiam in ſcriptis
3 faciāt regiſtrari. ¶ † Ultimo gl. ſumit arg. an cuſtoditus a nun-
cio communis debeat ſoluere nuncio, vel communi. Dic vt in ea.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Not. hic vnam glo. que vult carceratum non alen-
dum ab eo qui fecit eum carcerari, ſi habet vnde ſe alat, alias ſe-
cus, ⁊ idem voluit Bar. in l. ſanctum. ff. de rerum diui. ⁊ Bald. in
ſuo tracta. de carceribus. in fi. Aret. in §. fin. in fin. inſti. de actio. ⁊
Adde Bar. ⁊ ibi ſcripſi in l. iij. §. de feud. ex quib. cau. in poſſ. eat.

De excoctione, & transla. milita. annon. Rub. XXXIX.

LEX I.

Opinatores. Opinatores delegati, vt mi-
litibus annonam exigant, et
eis ſoluant a prouincialibus, non petunt panis exco-
ctionem, ſi fuerit inter eos conſuetudo contraria. h. d.
1 † Et no. ex hac lege quod conſuetudo prouincie excuſat in illis,
in quibus aliquando non excuſaretur. concord. ſunt in gl.

LEX II.

In excoctione. Ab excoctione panis, nul-
la domus etiā Principis
excuſatur, ⁊ ſi procurator eius, cui panis coquendus mā
datur contumaciter facere neglexerit, punitur ipſe, ⁊ dominus e-
1 ius, ſi fuerit conſcius. h. d. ¶ † Et no. hic caſum contra procura-
tores abſentium quibus procuratorio nomine aliquid mādatur
per commune, quia ſi neglexerint, puniuntur ipſi, ⁊ domini ſi fue-
2 rint conſcij. ¶ † Ult. no. hic eſſe caſum, quod dominus ex contu-
macia procuratoris punitur, ſi eſt conſcius, ⁊ hoc modo poteſt li-
mitari. l. j. §. ſi procu. ff. ſi quis ius dic. non obt.

De militari veſte. Rub. XL.

LEX I.

a **Omnem.** Canonem veſtium a Kalendis Septēb.
1 vſque ad Kalendas Aprilis [a] Reſpubli
ca ſoluet. h. d. † ⁊ no. hic eſſe caſum, veſtes hyemales facien
das eſſe a Kalendis menſis Septemb. ⁊ durare vſque ad Kalen-
das menſis Aprilis, ⁊ veſtes eſtiuas a Kalen. menſis Aprilis, vſ-
que ad Kalendas menſis Septēb. quod no. pro familiarib. qui-
bus promittitur veſtis vernalis, ⁊ eſtiualis, etiam pro illis qui-
bus in teſtamento relinquitur.

ADDITIO.

a ¶ Aprilis. Adde Specu. in tit. de procu. §. j. xvſi. itē ꝙ eſt miles.
¶ Tu vide oīno de his veſtib⁹ eſtiuis ⁊ hyemalib⁹ An. Cor. ſin.
ſuis in ver. veſtis. incip. ꝑ ſalario. vbi refert ⁊ ſequitur iſtum alle.
Ant. Cor. Ro. ſin. dxc. inc. aliud nō ſcim⁹. quē tn̄ idē Cor. nō alle.

LEX II.

Prouincie. Prouincie Thracie pro qui-
buſlibet viginti iugis, ſeu capi
tibus anno quolibet vnā veſtem preſtabunt ad vſus
militum. Scythia, ⁊ Miſia pro xxx. iugibus, ſeu ca-
pitibus quod in Egypto ⁊ partibus Orientis ſeruatur, ⁊ ſi ve-
ſtem non habent loco eius vnum aureum preſtabunt, exceptis
Hoſtroenatis, ⁊ Iſauria, que ad auri preſtationem non tenen-
tur. hoc dicit.

LEX III.

Fortiſſimis. Ad veſtem militis non preſta-
buntur bini tremiſſes, ſed vnus
1 ſolidus. h. d. † No. ꝙ pro vna chlamyde nō ſufficit vnus
flore. vt hic, ⁊ in gl. in ver. chlamydibus. vnde ſi promitto tibi fa-
cere chlamydem, intelligitur maioris pretij quam ſit vnus flore.
a auri, quod eſt verum conſiderata conditione perſone. [a] Nā ſi pro-
mittitur vni militi vel vni doctori maioris pretij eſſe debet, ſecus
2 ſi alij vili perſone. † Ultim. no. contra ſartores, quod pro factione
vnius chlamydis non poſſunt accipere niſi vnum florenum. [b]

ADDITIONES.

a ¶ Conſiderata conditione perſone. Adde Anton. Cor. ſing. ſuis
in verſi. conditio. incipien. aliquis promiſit mihi facere veſtem.
vbi alle. tex. ⁊ gl. huius legis de quo omnino per Fel. in c. cauſam.
extra de vſu. ⁊ per dom. meum Iaſ. May. in l. j. §. de leg.
b ALEX. ¶ Adde gl. not. in §. cum ex aliena. inſtit. de rerum di-
ui. que dixit, quod valet conſequentia. ſartor, ergo fur.

LEX IIII.

Militaris. Quinque partes pretij veſtis mili-
taris in pecuniam debent dari fortiſ
ſimis militibus, debilibus vero ſexta pars in panno. hoc
1 dicit. † Not. ex glo. iſta, quod armentum in dubio intelligitur de
2 animalibus magnis, ſed † grex de pecudibus, ⁊ animalibus mi-
nutis, qui ergo promittit gregem poteſt dare pecudes, ſed qui
promittit armentum non poteſt dare, niſi beſtias magnas, et
groſſas. quod no.

De metatis, & epidemeticis. Rub. XLI.

¶ In glo. Rub. ibi, ex eo. caſtrametati. No. ex hac glo. quod pax
1 que facta fuit apud Sartanam, in qua dictū fuit, quod pax † in-
telligitur rupta per vnam communitatem alteri faciēdo caſtra-
metationem, nam intelligitur vna communitas caſtrametari cō-
tra aliam, quando edificat caſtrum contra aliam circundatum
vallis, id eſt, foſſatis, barbacanis, ⁊ ſimilibus quod no.

LEX I.

Si quis. Menſor deputatus ad hoſpitia menſu-
randa per epidemiticos, militibus dan-
da, ſeu aſſignanda ſi in hoſpicio domus ſcripſit nomē mi
litis, cui fuit hoſpitium aſſignatuꝫ, poſtea aboleuerit, punitur pe
na falſi. hoc dicit.

LEX II.

a **In qualibet.** [a] Ubicūqꝫ Princeps eſt. vel
milites ſub Principe militā
tes, pro hoſpitandis dictis militibus dn̄i domus de-
bent domus ſuas diuidere in tres ptes. vnā partē ꝑ ſe
debēt retinere, aliā militibus, quā optauerint, eis tradere, aliā ve
ro partem dn̄i domus relinquere, ſed ab hac inquietatione erga-
ſteria mercimonijs deputata ſunt immunia. Si tn̄ in parte dom⁹
militibus aſſignata ſtabulū deficiat in ergaſterio partē pro ſta-
bulo debet habere. Itē illuſtribus militib⁹ aſſignabūt dimidiā
domū eorū, eis tn̄ electione ſeruata, contrafaciēs punit̄ pena hic
1 inſerta. h. d. † No. ex gl. in ver. ergaſteria. quid dicat̄ angiportus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ No. tex. ꝙ milites non debent hoſpitari in domibus
ciuiū quem alle. Lauden. in trac. de principe, in tit. de milite, in iij.
concluſione. Et adde ꝙ ciues tenētur dare militibus habitatio-
nē, lꝫ non teneantur dare victū, ſcꝫ lectuꝫ, oleū, ⁊ alias maſſarias,
in l. j. de ſalga. hoſpi. non preſtan. qđ eſt contra id quod hodie fit.

LEX III.

Cunctos. Preſentibus iudicibus qui de cā co
gnoſcēdi habent poteſtatē nō debēt
1 eorꝫ pretores, id eſt, iudices ordinarij adiri. h. d. † No. ꝙ ſi
dn̄s legatus venit ad ciuitatē Peruſij, ⁊ hoſpitatur in domo dn̄i
epiſ. ꝙ do. epiſc. propter eius preſentiā nō perdit ſuā iuriſ. ⁊ ideo
nō debent volentes litigare adire dom. legatum, ſed dn̄m epiſ. Et
ita tenet hic gl. ⁊ habuiſtis in auth. de defen. ciui. §. nulla. vbi de-
fenſor ciuitatis nō ꝑdit iuriſdictionē ſuā per preſentiā preſidis.

LEX IIII.

Fabricenſium. Domus fabricenſiū ad ho
ſpites recipiendos nō gra-
uatur. h. d. Non habetis hic alia.

LEX V.

Deuotum. Nullus miles ad preſidiū publi
cum ſeu priuatum pōt accedere,
⁊ contrafacientem tanquam ſacrilegū quilibet pōt ex
pellere, ⁊ adminiſtrator, qui eū tranſmiſerit, punitur.
atque dictis militibus trāſeuntibus ſolū hoſpitari licet nihil pro